



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

2. An census constitutus vendi possit minori pretio quam census denuo
creatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

rem esse, consuetudine comprobaram. Nunquam enim census perpetuus irredimibilis emittit minori pretio quam ad rationem vnus pro 30.

8 Si autem sermo sit de pretio census perpetui redimibilis lex regia 4. & 6. statuit nullum emi posse minori pretio, quam ad rationem vnus pro quatuordecim, alioquin contractus nullus sit, nullamque in iudicio, aut extra actionem pariat, tabellioque fidem contractui præstans officij sui priuationi subicitur. Postmodum vero in pragmatica condita anno 1608. 24. mensis Ianuarij auctum est horum censuum pretium ad rationem vnus pro 20. Et hæc seruanda est tam in foro externo quam conscientiarum, tam ab ecclesiasticis, quam a secularibus. Vt aliis relatis aduertit in præfati Auendaño. Vt aliis relatis aduertit in præfati Auendaño 27. de censib. c. 32. n. 9. & seq.

9 Quod si de censu vitalitio habeatur sermo constat leg. regiam. 8. tit. 1. noua collecti. Itatum esse pretium ad rationem vnus pro septem, ad cuius normam omnes alios census anteriores præcedit reduci, statuitque ne vitia vnus vitam alliantur. Quod si ante illam legem pro pluribus vitis fuerint assumpti, decernit lex vt pro duabus tantum vitis conferantur, & non vltius ad rationem tamen vnus pro octo. Insuper concludit pretium horum censuum non ex mercibus, neque ex pecunia credita, sed ex numerata constare debere. Hoc enim aperit confirmat verbum illud numerata pecunia. Nam esto appellatio pecuniarum res omnes significentur. leg. pecunie ff. de verborum significat. At cum subiungitur pecunia numerata, solutio in pecunia & non in alia forma præstanda est. leg. si quis ff. de re iudic. a leg. officium. ff. familiae erciscundæ. & pluribus comprobatur Azeuedo ad d. leg. regiam. num. 2.

10 Hæc quæ dicta sunt de pretio census per legem taxato procedunt cum census sanus constituitur. At si emittatur periculum interius, vel difficilis solutionis ob inopiam, vel potentiam debitoris minoris emi poterit ex præsumpta principij voluntate, sicut communitur tradunt Doctores teste Mol. disp. 302. claus. 14. Rebelle. de obligat. iustit. 2. p. lib. 10. q. 5. Salas tr. de censib. dub. 12. n. 5. & circa finem. quia merces notabiliter vitiosæ minoris æstimantur. Et idem est si emptor aliquibus conditionibus contractui censuali alieni venditoræ grauetur.

§. II.

An census constitutus vendi possit minori pretio, quam census denuo creatus?

- 1 Partem negantem graues Doctores defendunt.
- 2 Sed contraria sententia verior est.
- 3 Quod intelligendum est in inspecto iuris rigore, secus inspecta consuetudine.
- 4 Deinde cum census est legalis pretio constitutus.
- 5 Deinde cum census vitiosus est.
- 6 Proponitur obiectio, sique illi satis.
- 7 Tandem procedit in censu perpetuo redimibili.

1 P Onimus ex superiori §. censibus denuo creandis legitimum pretium esse statutum in vendentium fauorem, ac proinde minoris emi non posse. Grauis tamen questio est, an leges procedant de venditione census iam constituti? Negant Syluest. verbo vltra. 2. n. 12. Nau. in manuali Hispano e. 28. in addit. ad c. 23. num. 82. & comment. de vsu. quest. 11. n. 12. nec sibi est contrarius in sum. Latina c. 23. n. 91. quia loquitur spectato motu Pij Olanus in antinomia iuris. verbo annui redditus. num. 113. vbi que ad 118. Sarmiento lib. 7. sect. 4. num. 49. ver. sed quid si Rex. Salazar. de vsu. & consuetud. c. 11. num. 93. Zenedo in collectan. 2. p. collect. 24. num. 5. Ducuntur variis rationibus quas adducunt Gutierrez, Gaspar Roderic, Felician, & Auendaño locis referendis, præcipua est, & quæ cæteras comprehendit lex regia. 4. & 6. & 8. quæ pretium censibus perpetuis, & vitalitijs assignant, tantum loquuntur de censibus denuo creandis, non vero de censibus iam creatis, & constitutis. vt constat ex illis verbis legis 6. No se pueden vender, imponer, ni constituir juros, ni cesos algunos de aliquitar a menor precio de auacõnde de carogis mil marauedis el millar. Ergo venditio census iam constituti non restringitur lege taxante pretium, sed regulanda est ex lege naturali pretium rebus vendendis statuenda. At inspecta lege naturali sæpè census constitutus minoris emi poterit, quam à principio constitutus est. Tum quia leges pretium taxantes spectant pretium non supremum, nec infimum naturale, sed medium vt emptori, & venditori communes sint. Ergo ab eo pretio legali decretere poteris, quin à terminis pretij naturalis iusti egrediaris. Tum quia pro diuersitate circumstantiarum pretia rerum augentur, & minuantur. Etenim merces vitiosæ per venditores egenos exposite emptoribus nullam necessitatem habentibus minoris æstimantur. Ergo saltem

ex hoc capite à pretio antea constituto decretere census poterit. Siquæ videatur praxi, vsuque timoratorum esse receptum.

Nihilominus contraria sententia negans posse censum perpetuum redimibilem minoris emi, quam à principio fuit constitutus verior est. Sicuti docuerunt Barthol. Medina in sum. c. 14. §. 2. 6. Couar. 3. var. c. 10. num. 3. Michael Palacios 4. de contr. cap. 7. Eman. Rod. in explicat. motus proprii de cens. conc. 52. dub. 2. Mercad. 4. de contrati. c. 271. de censib. fol. 67. alias 255. Salon. controu. 10. lib. 2. q. 173. per totam. Gaspar Roderic. lib. 10. de redditib. q. 8. n. 9. Felician. lib. 2. de cens. c. 1. num. 44. & 2. 72. lib. 2. cap. 1. num. 9. Auendaño de censib. c. 34. num. 19. Mol. tr. 2. de iustit. disp. 393. Lessius lib. 2. c. 22. dub. 7. Salas tr. de censib. dub. 12. circa finem. Mouetor, quia lex 6. regia, in qua pretium census constituitur, si attentè consideretur, non solum comprehendit nouam census constitutionem, sed constituti venditionem, si quidem inquit. No se pueden vender ni imponer, ni constituir censos, ni juros algunos a menor precio, &c. verbum illud vender generale est, & census tam creandos, quam creatos comprehendit. Deinde præcipi lex omnes census minori pretio constitutos ad illo reduci. Ergo tacite prohibet cuiuslibet census constituti venditionem minoris fieri. Præterea ratio decidendi, & designandi pretium census constitutendi æquè procedit in emptione census constituti. Nam pretium designatur, ne emptor minus iusto ius percipiendi annuam pensionem emat.

Hæc sententia procedit inspecto iuris rigore, nam inspecta consuetudine, quæ legi valet derogare, census legali pretio constitutus minoris emittit, quia aliquantulum minus æstimatur ob rationem à priori sententia adductam. Etenim in Hispania passim census constitutus minoris emittit quam est pretium legis vidente Principe, & regio Senatu. Vt testatur Gutierrez. d. q. 173. Ergo. Sic colligitur ex Lessio dub. 7. & expressè tradit Salas tract. de censib. dub. 12. circa finem. concl. 3.

Secundo procedit, cum census est legalis pretio constitutus. Nam si fuerit minori pretio, vt plerumque contingit manifestum est posse ad legale pretium in secunda venditione reduci. Vt bene docuerunt Gaspar. Roderic. Felician. Gutierrez. Molina, Salas locis citatis. Neque obest Bulla Pij V. determinans, ne pretium censui semel constitutum possit ob temporum, aut contrahentium qualitatem minui, vel augeri. Tum quia hæc bulla, vt dictum est, in Hispania non videtur recepta. Tum quia non videtur Pontifex loqui de pretio census constituti vendendi, sed de pretio noui census creandi, quod pretium à legibus censibus designatum minui, vel augeri non permittit. Vt bene explicat Auendaño dicto c. 34. n. 26. Tum quia solum prohibet pretium census augeri vel minui inter primos contrahentes, vel eorum successores cum census redimendus est. Sicuti explicat Azeuedo dicta leg. 5. tom. 15. lib. 5. num. 1. Rebelle. 2. p. lib. 10. quest. 5. Salas de censib. dub. 12. concl. 4.

Tertio procedit cum census tuus est & ab omni periculo totius principalis, tum expensarum in reddituum exactione caret. Nam si aliquid horum deficiat optime poterit minoris emi non obstante lege regia, & bulla Pij V. quæ præsumi debent loqui de censu tuto, & liquido non litigioso. Durum enim esset velle principem hos census emi eodem pretio, cederetque ea obligatio in præiudicium venditorum, qui ex vna parte non reperirent emptores, cum à pretio legali non defecant, & ex alia parte non poterunt pensiones abque graui difficultate & expensis habere, sic Gutierrez. d. quest. 173. num. 1. Gaspar Roderic. d. quest. 8. num. 22. Felician. 2. tit. lib. 3. cap. 1. num. 9. Auendaño de censib. cap. 34. num. 34. Salas d. dub. 12. conclus. 4.

Dices Venditor census veteris tenetur emptori de euictione. Ergo ob periculum census non poterit pretium diminui. Respondeo primò negando consequentiam, nam esto venditor tenetur de euictione iuris, & facti, non obinde plene damno emptoris succurritur. Tum quia excussio prius faciendi est in bonis debitoris, priusque comprobandum debitorem non esse soluendo. Tum quia recursus ad venditorem sæpè est difficilis, & absque fructu.

Secundò respondeo venditorem solum esse obligatum de euictione iuris non facti, hoc est censum verum esse, & debitum, non vero esse summam, & recuperatum facilem, nisi aliud in venditione conuenierit, vt constat ex leg. si nomen. Digestis de hereditate, vel actione vendita, vbi Vlpian. inquit, si nomen sit distinctum Celsus lib. 9. digestorum scribit locupletem esse debitorem non debere præstare, debitorem autem esse præstare nisi aliud conuenierit. Quasi diceret inquit Bald. vers. secundo nota, venditor vel delegans nomen tenetur præstare debitorem obligatum esse, non autem tenetur præstare esse soluendo. Idem colligitur ex leg. 3. inter causas. §. abesse. ff. mandati, & leg. 3. in fine. ff. de fidei iurib. At in venditione census creati nomen est quod distrahitur, vt de se constat, & colligitur ex traditis à Gutierrez. 3. pract. q. 83. num. 7. Ergo in hac venditione solum tenetur venditor præstare censum esse verum, & debitum, non autem de facti esse obtinendum.

Quod

Quod verum est, siue emptor ignarus fuerit, siue conscius vitii census sibi venditi. Quocumque enim modo contingat venditio, venditor ad nihil amplius in foro externo astringitur quam ad præstandum censum debentem, quia suæ culpæ eam ignorantiam imputare debet, ob quam causam non est audiendus. *leg. qui cum alio Digestus de Regul. iuris.* nisi forte iustam, & probabilem suæ ignorantie causam allegaverit. *argum. leg. quod quis damnum, Digestus de Regul. iuris.*

Dixi, nisi aliud in venditione convenerit, quia si venditor census se obligavit venditorem censum locupletem esse tenetur de evictione tam iuris quam facti debitor non solvente, quinimo suos creditores nominante. Sicuti latius profecquitur Gaspar. Roderic. *lib. 2. de redditib. quæst. 2. 1. & Felician. 2. 1. lib. 2. c. 1. n. 13.*

7 Quarto procedit in sensu perpetuo redimibili, non autem in censu vitalicio, quia hic census legali pretio constituitur minoris vendi potest, & debet, quia huius census valor de cursu temporis decrevit. Ut advertit Felician. *2. 2. lib. 2. cap. 1. n. 10.* Auctaudo *tract. de censib. Hispania cap. 3. 4. num. 38.* Salas *de censib. dub. 12. in fine.* Neque item procedit in censu perpetuo irredimibili, quia hic census non habet à lege pretium taxatum, ac proinde iuxta temporum occurrentes circumstantias minui, vel augeri poterit. Ut resoluit Molina *disput. 399. iunctis his quæ dixerat disput. 390.* Salas *tract. de censib. dub. 12. conclus. 7.* Et idem est dicendum quotiescunque censui pretium legale non fuerit assignatum ob prædictam rationem. Sicuti bene docet Salas *conclus. 8.* Lessius *cap. 22. d. 7.*

§. III.

An census infra iustum pretium emptus nullus sit, vel veniat ad æqualitatem reducendus?

- 1 Raro ex parte ementis censum læso contingit
- 2 Comparatione censuarius aliquando est validus, aliquando nullus.
- 3 Expendit scire quando sit validus, vel quando nullus.
- 4 Cum leges regie censum infra iustum pretium annullant plures censent in totum annullare.
- 5 Verius est solum annullare quoad excessum.
- 6 Satisfit contrariis.
- 7 Reprobatur limitatio Salon.
- 8 Superflua est questio quam in præfenti versat Gaspar. Roderic.

1 **R**aro vel nunquam ex parte ementis censum læso contingere potest, quæ contractum nullum efficiat, vel obliget ad æqualitatem reducere. Nam quo maius fuerit pretium constitutum, & minor pensio imposta; eo constitutio census iustior est, siquidem semper pretium integrum à venditore restitui debet, si velit censum extinguere. Ut bene advertit Auctaudo *tract. de censib. cap. 3. 5. num. 4.* Quapropter non probo quod ipse *cap. 3. 5. antecedenti num. 7.* dixerit concedentem fundum in censum reservatum pro minima pensione allegare posse in hac concessione læsionem. Si enim potuit absque illa reservatione fundum concedere, cur non sub minima reservatione?

2 Comparatione verò censuarii, si infra iustum pretium censum emas inspecto iure nature validus est contractus, sed ad æqualitatem reducendus. Inspecto vero iure Pontificio iuxta constitutionem Pij. V. illis in locis, ubi recepta est, contractus nullus redditur, non quidem in totum, sed ea parte quia pensio solvenda pretium excedit, ut *superius* diximus. At inspecto iure nostro regio *leg. 2. 6. c. 8. tit. 1. 5. lib. 5. nova collect.* expressè cautur census minori pretio quam ibidem designato nullus esse, nulliusque effectus, quæ leges cum solum de censu perpetuo redimibili, & de censu vitalicio loquantur, consequens est census perpetuus irredimibilis infra iustum pretium constitutos validos esse, sed reducendos.

3 Latum autem est discrimen, cum census validus est, ac cum census est nullus. Nam cum census validus est exigere potes pensionem integram in sortem non computandam, quia vi contractus ius ad pensionem habes, sicuti habes ad percipiendos fructus ex fundo infra iustum pretium empto, solumque obligaris defectum pretij censuario restituere, & detrimentum quod ex eo non restituito passus fuerit, ut bene cum Ioanne Medina *de restit. q. 1. 5. dub. 4. §. sed bene tradit Lessius lib. 2. de iustit. capite 22. dub. ult.* At si census invalidus sit, nequis pensiones accipere, sed eas in sortem computare.

4 Difficultas autem est, An cum leges regie contractum census infra pretium à lege taxatum annullant intelligendæ sint de annullatione in totum, vel tantum de illa pensione quæ pretium excedit? Affirmant in totum annullari Guido Papa *q. 56.* Navar. *comment. de usur. notab. 22. num. 78.* Rupelian. *lib. 1.*

forens. observat. titul. 34. Sarmiento lib. 7. select. interpretat. cap. 1. num. 40. & alios referens Felician. *de Solis de censib. lib. 1. cap. 9. num. 12.* & *lib. 2. cap. 1. num. 2. 3.* & *1. 2. lib. 2. cap. 1. in prin.* Dicitur primò ex legibus regis, quæ hunc contractum nullum esse pronunciant, ut pote contra formam præscriptam. Ego integrè nullus est, & non tantum quoad excessum: siquidem efficacius hic contractus irritatur quam donatio liberalitatis, utiatur filiorum. *leg. si nunquam. Cod. de reuocandis donacionibus.* At filiorum natiuitate reuocatur, & annullatur donatio in integrum. Ergo etiam hic contractus in totum annullari debet. Secundo quoties actus non recipit dissolutionem nequit ex parte annullari, & ex parte sustineri, ac pensio emptæ illi diminuto pretio etiam in le diuisibilis sit, at tamen ut pretio & contractum intentioni subiicitur indiuisibilis est iuxta *leg. si non sortem. §. si certum. ff. de condic. indebiti.* Non enim aliter contraxissent, si pensionem dividendam scirent.

Nihilominus veritorem exitum sententiam afferentem contractum quoad excessum nullum esse, sustinendum tamen qua parte pretio legali conformatur. Sicuti docent Andreas Gaill. *pract. observat. lib. 2. observ. 5. num. 10.* & *obseru. 7. n. 12.* Francisc. Milanen. *in decis. regii Sicilia decis. 2. num. 12. lib. 2.* Roderic. *lib. 1. de reddit. q. 7. n. 7. c. 7. q. 8. c. 9.* Auctaudo *tract. de censib. cap. 3. 6. numero 14.* & alij apud ipsos, & colligitur ex *leg. regia 6. vbi postquam contractus censuales minori pretio emptos quam ibi est designatum decernit esse nullos, ut intelligatur id tantum esse quoad excessum subdit. Ino se pueda por virtud dellos pagar ni cobrar en lo que ni fuera del mas de à la dicha razon, y respecto.* Si igitur vitium illius contractus infra pretium legale celebrati exigi pensio potest ea in parte qua pensio legali pretio adæquat. Ergo contractus ea in parte sustinetur. Ergo solum annullatur quoad excessum.

Deinde in *leg. 8. noua eodem titul. 1. 5. lib. 5. noua collect.* census vitalitij illegitimo pretio constituti ad pretium legitimum reducuntur pensionibus solutis vique ad illud tempus in sortem non computatis. Ergo census illegitimo pretio constitutus validus est tamen veniat reducendus. Ratio ea est. Actus irritatio, & annullatio indeducta non est quoties sustineri potest. *leg. 1. Digest. de eo quod certo loco. leg. 1. §. si quis in a. leg. quæ in stipulationibus. Digest. de verb. obligat.* At in presentibus iustitiam contractus potest quatenus pensio pretio legati conformetur, tamen quoad excessum irritatur quia leges non expriment contractum in totum esse irritum, sed potius supponunt ex parte validum fore, ut probatum est. Ergo.

Neque obstant contraria. Nam ad primum ex probatione nostræ conclusionis satisfactum est. Ad secundum nego actum illum indiuiduum esse, cum verò diuiduus sit & partes habeat, quarum vnâ relictâ alia subsistit, quia vile per inutile non vitatur. Neque obstat in contrarium intentione fuisse actum indiuiduum, quia ea intentio subordinata fuit legibus, & consequenter præsumi debent voluisse ea in parte actum validum præstare, secundum quam leges validum præstant.

Temperat autem hanc sententiam Michael Salon. *tract. de censib. art. 3. controuer. 11.* Gaspar. Roderic. *lib. 1. de annuis redditib. q. 7. num. 8. c. 21.* Ut procedat cum defectu pretij legitimi est extra dimidium, secus si sit ultra dimidium. Sed est restrictio absque villo fundamento. Nam ut re *de inquit Auctaudo c. 3. 6. num. 34.* cum pretium legale in puncto indiuisibilis consistat, & ex illius defectu reddatur contractus nullus, quocumque modo siue intra, siue extra dimidium non obliuatur contractum nullum reddet.

Ex prædictis constat necessariam non esse illam questionem, quam rarissime versat Gaspar. Roderic. *lib. 1. de annuis redditib. quæst. 9.* an emens censum minori iusto agere possit ad pretium, vel ut stetur contractui, Nam cum supponamus contractum validum esse ea parte qua pretium pensionibus adæquat non est locus pretij petitioni, nec contractus dissolutioni, sed tenetur pensionem reformare. Si autem supponeremus contractum esse nullum, non video qua ratione emens censum non possit agere, ut si pretium reddatur, cum censuarius illud retinere nullatenus possit. Non enim illud retinere valet, nisi quatenus obligatus pensionem soluere, & contractus validus est. Ex alia parte nulla est lex, quæ emptorem priuet pretio dato, cum emptio nulla est.

§. IV.

Num census institui possit mercibus loco pretij subrogatis?

- 1 Negavit Felicianus.
- 2 Sed vera est sententia inspecto iure naturali, & alicuius contrarius constitui censum posse.
- 3 Temperant aliqui, ne procedat in mercibus inaffirmatis, sed non approbatur.